

Francesco Nani, venezianischer Vizcapitano von Cadore, an NvK. Ihm sei zu Ohren gekommen, dass Francesco da Ragusa, der zusammen mit seinem Bruder und anderen Personen auf Geheiß einiger venezianischer Adliger im Territorium von Cadore eine Silbermine ausbeutete, von einem gewissen Antonius Katerine aus Livinallongo zusammen mit einigen Deutschen angegriffen und lebensgefährlich verletzt wurde. Außerdem sei sein Untertan Hektor von Pesculo in Brixen verhaftet worden, weil er ebenfalls die besagte Silbermine ausbeuten ließ. Er bittet NvK um eine Stellungnahme und fordert eine strenge Bestrafung der Täter.¹⁾

Or., Pap.: BOZEN, StA, U 1604 (Lade 68 Nr. 6 B).

Kopie (P. Parth, 18. Jb.): INNSBRUCK, TLA, Cod. 376c, 5. Teil f. 304^r-305^r.

Em.: Baum, Denkschrift Buchenstein 102.

Re^{me} pater ac domine collendissime. Ad aures meas nuperrime pervenit ex querella cuiusdam magistri Francisci de Ragusio, quod dum superioribus diebus ipse et frater eius foderent venam argenti²⁾ in quodam medulo super teritorio et iurisdicione mea posito ad instanciam quorundam nobilium de Veneciis, et supervenit quidam Antonius Katarine de Livinali Longo et certi Teotonici cum eo, qui fingentes velle bibere et comedere cum dicto magistro Francisco et fratre et quadam alia persona, que cum illis erat, proditorie et violenter voluerunt ipsos ducere ad castrum Andraci, et cum ille magister Franciscus resisteret, ne eum ducerent, dictus Antonius et alii cum eo vulneraverunt ipsum magistrum Franciscum cum clavarina in ventre cum maxima sanguis effusione quasi mortifere. Quod quidem fuit inhonestum ac detestabile, velle homines laborantes in territorio et iurisdicione mea erripere et, quod 5 deterius est, interficere. Quod minime credo fuisse intencionis dominacionis vestre. Quare vestram deprecor reverendissimam dominacionem, ut placeat predictum Antonium cum sociis suis tali pena punire, ut multis crasantibus sit exemplo. Et si forte, quod non credo, hoc fuit intencionis dominacionis vestre, placeat literis vestris me cerciorem reddere, ut possim de intencione vestra illustrissimam dominacionem meam Veneciarum avisare, ne umquam michi imputari possit, quod stolide et negligenter 15 permittam eius iura ac iurisdicionem usurpari, quam credo racionabiliter iura sua velle manutenere.

Preterea conquestus est quidam Hector de Posculo³⁾ subditus meus, quod dum pridie venisset ad civitatem vestram Prixinam, captus fuit et acriter cum chatena ad collum astrictus eo, quia ad dictas venas argenti fodere faciebat, nec potuit liberari nisi prius iuraret, quod dominacioni vestre nunquam erit contrarius. Placeat itaque eciam super hoc respondere. Paratus etc. Datum in plebo castri Cadubrii⁴⁾ 20 die quatuordecimo mensis augusti millesimo cccc^olvi^o, indictione iiiii^a.

Franciscus Nani pro illustrissimo et inclito ducali dominio Veneci(e)
vicecapitaneus comitatus Cadubrii.

(Adresse rückseitig) Reverendissimo in Christo patri et domino, domino N., dey gracia sancte sedis apostolice dignissimo cardinali et episcopo Prixinensi, tamquam patri suo collendissimo.

5 quadam: em. quedam.

¹⁾ Zu den Grenzstreitigkeiten zwischen dem Hochstiftsgericht Buchenstein und dem venezianischen Gebiet von Cadore vgl. bereits Nr. 3442, 3509. Vgl. auch Nr. 4116 sowie unten Nr. 5002f., 5092, 5094, 5128.

²⁾ Es handelt sich um die Silbermine bei Fursil; s.u. Nr. 4968, 5002.

³⁾ Er ist identisch mit dem in Nr. 4361 Z. 6 und in dem Gutachten Nr. 4968 (1456 Oktober 16) genannten Victor. S. dort auch Näheres zu den Hintergründen der Verhaftung.

⁴⁾ Zu dieser Burg s. A. Genova, *L'antico Castello di Cadore-Pieve di Cadore*, in: L. Bertoldi Lenoci (Hg.), *La presa del castello di Botestagno 1511. Atti del Convegno storico internazionale, Cortina d'Ampezzo, 29-30 agosto 2011, Ponte nelle Alpi 2012, 149-158.*